



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

runt. Gothi sedentes in Aquitania Tolosam sibi sedem eligunt. à mari inter Rhenum & fluvium Rodanum per Ligerim fluvium vsq; Oceanum possident. V Vallia regiorum defuncto Theudericus succedit in regnum.

iporum paves  
qui superfuc  
runt venerunt  
oblito regni  
nomine Gunde  
derico &c.

Anno XXV imperij Honorij inter Gundericum VVandalorum & Hermenicum Ssvveuorum regem bellum ortum est. Ssvveui in Neruosis montibus à VVandalis obsessi. Valentinianus Còstantij & Placidie filius nascitur. VVandali Ssvveuorum obsidione dimissa, relicta Gallicia ad Boeticam transierunt. Honorius apud Rauennam Constantium consortem regni facit. Constantius Imperator Rauennæ moritur in suo tertio consulatus anno.

k An: xxviii. imperij Honorij Castinus magister militum magna manu in auxilijs Gothorum bellum Bœticæ VVandalis infert: quos cum ad inopiã obsidionis arctaret & tradere se pararent, inconsulto, publico certamine confligens, auxiliatorum fraude deceptus, Terragonas victus fugit.

k al. anno 29.

Trigesimo Honorius imperij an: / Rauennæ moritur.

i Paul. Diaconus  
ait Romæ  
mortuum.

Romanorum XXXIX. THEODOSIUS Arcadij filius post obitum Honorij patruclis monarchiam tenens imperat annis tribus & decem annis. Theodosius Valentinianum amitam suam Placidiam filium Constantinopoli Cæsaem facit; quem contra Ioannem Tyrannum mittit: à ducibus suis in Rauennæ occiditur. Felix Patricius coronatur.

VALENTINIANVS Cæsar Romæ Augustus appellatur anno Xviii. Theodosij. Gundericus rex VVandalorum capta Hispali cum insidias Ecclesiarum intenderet, mox Dei iudicio correptus interijt.

m. de Ioanne  
Rauennæ occiso  
Soerati. 7.  
cap. 23.

**C** VI Gaisericus frater succedit in regno: An. vno regnavit. Gaisericus rex VVandalorum cunctaque eorum familia Mauritania in Affricam transijt, interfecto Ermengario rege Ssvveuorum, iniuriam sancte Eulalie in eodem ac si nolens vlciscitur. Confederunt VVandali in Boetica an: LIV.

Caput 3.

Mmm 2 # Se.

NB.

n numeri fe-  
quentes sunt  
corrupti. ego  
ex fide m. f. do.  
tu corrigi.

Septimo <sup>n</sup> ann. imperij Theodosij Aëtius, Dux vtriusq;  
militiæ. Sueui in itam cum Gallis pacem libera sibi occa-  
sione conturbant.

Anno IIX. regni Theodosij Aëtius, Dux vtriusq; mili-  
tiæ, Patricius appellatur.

Anno X. regni Theodosij Burgundiones qui rebellabant  
Romanis, à Duce Aëtio sunt perdomiti.

Anno XII. regni Theodosij ab Aëtio Duce & magistro  
militum, Burgundionum cæsa sunt viginti millia, Gotho-  
rum qui eis auxiliauerunt octo millia.

o al. Richildā.

Anno XIV. regni Theodosij Svveui cum parte plebis cui  
aduersabantur, paci iura confirmant. Emericus Rex  
Svveuorum morbo oppressus o Richilā filium suum substi-  
tuit in regno, Boetiæ fluuio Gothi prostrauerunt, auri  
argentiq; opibus occupatis. Carthago magna fraude de-  
cepta. Bellum Gothicum sub Theodorico rege apud  
Tolosam Littorius Dux Romanus p cum auxilijs Huno-  
rum manū magna irruens, cæsis parte plurima suis, ipse  
vulneratus, à Gothis post dies paucos capitur & occidi-  
tur. Geisericus Rex Svveuorum multas in sacerdotibus  
fecit strages. Richila Rex Svveuorum qui Geiserico suc-  
cesserat, Emeritam ingreditur.

p Vide Baron.  
tom. 5. an. 439.  
16.

q al. vitiose:  
in inpletum Ce-  
saris iussu,

Anno XXIV. regni Theodosij Solis facta defectio. Richi-  
la Rex Svveuorum Emeritæ gentilis moritur: cui mox fili-  
us suus Richarius succedit in regno. Agilulphum Gothum  
nobilem q Hispali Cæsarius Comes iugulat. Richarius  
rex accepta in coniugium Theodora Gothorum regis filia  
Gvvasconias deprædatur.

Anno XXVII. regni Theodosius moritur Constantino-  
poli anno ætatis suæ XLIX.

Post